



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Quid in magnete contusa sit hirsuties illa. Cap XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

sed is vbi vberiores vires sibi vendicauit, alium perinde manibus comprehendens facultatem eandem expuit, & diffundit, hic tertius eadē vi illa affectus, vnde cuncti ex proximo, vel longinquo alios rapit, eandemq; virtutem iaculatur & vibrat, & hic alios, vt reciproco iacula tu, eadem, qua tenetur, alios teneat, & ex unoquoque quasi iacula virtutis delibuita in alterum prouant, & in altum eleuati, quasi cōcatenati pendere videtur, vt nec facilē abstrahi sinant, vt quam maximē demirari contingat, quomodo intestina ea inuisibilis vis per omnes mutuō transmittatur, & profluat. Et eo virtus in pluribus elabitur, diffunditurq; quo potentioris erit virtutis. Id tamen duximus præmonendum, ne experimēto fallaris, vt lapides ex cognatis partibus sibi cohærent, non ex aduersis, tali enim pacto alter alteri suas virtutes non delegat, sed inimicę partis occursu tanquam ab aduersis impediē refrenantur, & suis in umeribus cessant, vt scilicet Septentrionalis punctus vnius, alterius australis inhæreat, vt diximus, & non ē contra: nam australis australi, & borealis boreali, tanquam discordia laboranti contrarius elāguescit facultas, & silens aduersario praesente torpet. Neq; id etiam curiosius petulantibus omitteremus, vt lapides ex magnitudine sibi succedant, nō maior minorē, minor minusculum trahat, vt pernicius inhærent, nec tam facile conuellantur.

Quid in magnete contusa sit hirsuties illa.
C A P. XII.

HI N C prouenit hirsuties illa pilorum, quam super memorauimus, quæ tam pertinaciter inhæret lepidi, vt vix auelli queat: nam quum alter altero atteinatur, vel ictu leui mallei decutitur, minutissimæ partes illæ attrite, non suō pondere in terram cadunt, sed vilespidis retinētur, & vt altera alteri hærente possit, amicū faciem conuertendo, non aliter commodè sociæ patere potest inhærente, nec alio modo sibi colligari, nisi in filiis & capilli modum, & si diutius lapidem lapide triuicis congeries harenarū illa adeo crescit, vt pilis totus horridus

tidus, quasi lanugine pubescens, aut aculeorum aceruo stipatus videatur. Neque hoc admiratione caret, ut si aliquis magnetem adhucueat alium, vel appropinquet maioris magnitudinis, & virtutis, videbuit illico converti, & amicas facies obiecto lapidi dirigere, & illi aspirare, & si minus id possint, quasi viribus defectas in terram procidere.

Pars trahens vehementior est, quam expellens.

C A P. XIII.

ALIVD præmonendum est, vt iactis dicendorum fundementis, ad maiora progrediamus. Pars quæ trahit, feruentius trahit, & quæ expellit ignauius, scilicet, quæ aduersa: nam si australis lapidis pars alterius septentrionali adhæserit, longiori interualllo, ac valentioris virtutis trahit, contra verū aduersas partes conuertes, australes scilicet meridianis, & boreas aquilonaribus, vernacula vis retunditur, & quasi ieiuna, & diluta hebescit, vt minus probè suo fungatur officio, & si propinquitatis modus absit, obsecssa vis ferè nil operatur. Si quis rei periculum exoptabit, filo, vel æquilibrio, aut cymbis pensiles in attrahendo promptitudo, in expelendo fatua, & ignaua mollities comperietur.

Contraria lapidum partes sibi mutuo aduersantur.

C A P. XIV.

PARTES ipsæ, quas memorauimus, si amico consortio coniunctæ fuerint, tanquam sancito quodam inter eas fœdere, sibi mutuo opem ferunt, efficaciorē longeque validiorem virtutem nanciscuntur, contrā vero si aduersantes fuerint, ita mutua naturarum odia exercent, cæcisq; discordijs flagrant, vt admotæ ex inimico concursu, tanquam aduersario præsente, a suis munieribus cessant, & viribus destituuntur. Ut si lapides manibus habeas, qui oppositas partes unitas habeant simul aquilonarem, & meridianam, exalterius lapidis occursu, nullus erit utriusque lapidis motus, & honos: nam neque alliciunt, neque expellunt, præfertim si utriusque vires pares fuerint: at si alter altero

sed is vbi vberiores vires sibi vendicauit, alium perinde manibus comprehendens facultatem eandem expuit, & diffundit, hic tertius eadē vi illa affectus, vnde cuncti ex proximo, vel longinquo alios rapit, eandemq; virtutem iaculatur & vibrat, & hic alios, vt reciproco iacula tu, eadem, qua tenetur, alios teneat, & ex unoquoque quasi iacula virtutis delibuita in alterum prouant, & in altum eleuati, quasi cōcatenati pendere videtur, vt nec facilē abstrahi sinant, vt quam maximē demirari contingat, quomodo intestina ea inuisibilis vis per omnes mutuō transmittatur, & profluat. Et eo virtus in pluribus elabitur, diffunditurq; quo potentioris erit virtutis. Id tamen duximus præmonendum, ne experimēto fallaris, vt lapides ex cognatis partibus sibi cohærent, non ex aduersis, tali enim pacto alter alteri suas virtutes non delegat, sed inimicę partis occursu tanquam ab aduersis impediē refrenantur, & suis in umeribus cessant, vt scilicet Septentrionalis punctus vnius, alterius australis inhæreat, vt diximus, & non ē contra: nam australis australi, & borealis boreali, tanquam discordia laboranti contrarius elāguescit facultas, & silens aduersario praesente torpet. Neq; id etiam curiosius petulantibus omitteremus, vt lapides ex magnitudine sibi succedant, nō maior minorē, minor minusculum trahat, vt pernicius inhærent, nec tam facile conuellantur.

Quid in magnete contusa sit hirsuties illa.
C A P. XII.

HI N C prouenit hirsuties illa pilorum, quam super memorauimus, quæ tam pertinaciter inhæret lepidi, vt vix auelli queat: nam quum alter altero atteinatur, vel ictu leui mallei decutitur, minutissimæ partes illæ attrite, non suō pondere in terram cadunt, sed vilespidis retinētur, & vt altera alteri hærente possit, amicū faciem conuertendo, non aliter commodè sociæ patere potest inhærente, nec alio modo sibi colligari, nisi in filiis & capilli modum, & si diutius lapidem lapide triuicis congeries harenarū illa adeo crescit, vt pilis totus horridus